In nomine sanctae et individuae trinitatis. Otto divina favente clementia Romanorum imperator augustus. Notum sit omnibus

fidelibus nostris quod nos pro dei amore Adam cum omni sua hereditate

recepimus sub nostro imperiali mumburdio cum omni iusta acquisitione eius

ut regenda. Perdonamus etiam ei ut ad legem romanam vivat et advocatum

quecumque voluerit eligat qui pro eo respondeat et quod leges iure exigunt diffiniat.

Si quis autem hoc mumburdium infringere temptaverit sciat se compositurum

auri obrizi libras .c. medietatem [illegible] camere nostrae et medietatem predicto Ade

filio Teude suisque heredibus. [illegible] verius credatur hanc paginam

sigillare iussimus.

Heribertus cancellarius vice Petri Cumani episcopi notavit.

Data XII. kal. iul. Anno dominicae incarnationis m. ind. XIII. Anno tertii Ottonis regni XVII. imperii V.

Actum Papie.

Leg. 27

Priuilegium exemptionis .. dec. Ruremunde

.22.

1956(9.57